

A P O L O G I A  
B A R T O . P H I L I P P I .  
nei Gaphurianí. Nominis  
Asserto, in Ioan, Vaginarium  
Bononieñ.  
Ad Ant. de Fatis Taruisinū.  
Theologum ac Philosophū  
Prestantiss.



B.DARDANI.PARMEN.IN BAR  
TH.PHILIPPI.GAPHVRIA  
NI.NOMINIS ASSERTO.



Aphurij famam, quam nuper liuor & oris  
Fœda parum loti carpserat improbitas;  
Aspersis falso maculis purgauit, & ipsum  
Vindicat arguti Musa Philippinei.  
Si quemq̄ eloquio laudi oppresisse dabatur  
Qui defendantū iam tribuetur Honos!

PRESTANTISSIMO, Viro Antonio  
de Fantis Taruissino Theologo ac philoso-  
pho rariss. Bartholomeus Philippineus  
Gaphuriani nominis Aſſer. S.D.



Vm ſæpe & multum mecum cogitarē Preſtātiss Vīr. bonarum artiū Studia eo caſamitatis perueniſſe, ut a quib[us]dam tipuſis & Hemerodijſ infestarentur, non potui nō temporum noſtrorum iniuriā miferari: Erupit. n. propolarum effrenis quaſdam licentia in litteratos ſibi occurrentes nulla habita ratione debacchari, adeo ut nō coarceantur de litterarum studijs fere actum putem. Inuident. n. Publicæ utilitatib[us]: & qđ ipſi propter Ingenij ruditatem aſſequi desperat, officere conantur, & excidium moliri. Hunc uelutī oſtētatem ab ijs ciunt, illum perinde ac exilē uellificant, irrident. Itaq[ue], quū & ego, ut ad ſtudiorum culmē accedam, die noctuq[ue] plurimum elaborem, lucubrationibusq[ue] doctissimorum uirorū quos iſti fugillant, impalescam, ex horum laſtaurorū numerosa multitudine, unum propulsandum legi, non profecto ut noſtræ consuetudinē ſit cuippiam detrahere, ſed ut preceptoris partes, pro quo ſi uitam effunderem, neminem quidem eius in me meritorum partem aſſequeret, tueremur. Animaduersa igitur huius nebulonis insolentia, uiroq[ue] quē dilacerandū ſuſcepereſit, Arduam hanc prouintiā & iauſuetā ſumus adgrediſſi. Sed quū nō ſynchronorū modo, uerum etiā ueterū authorū mos fuerit, Vigilias suas

a ii

si quas habuissent, ipsarū litterarū dignitate, alicui de R.e.  
P.litteraria benemerentī nūcupa re, diu mecum uolutauī,  
quem potiss.hoc munere, tam et si exiguo, cōdonarem: Tā  
dem mihi occuristi. Sed cum te uirum multijuga insignitū  
doctrīna perspicerem. cōtinuo rubor quidam me prorsus  
a scribendo auocabat . Dum igitur tam diu fluitans in ua  
rias distraherer sentētias, illico illud memoria subiit, te cū  
Franchino Gaphurio nostræ tempestatis prestanti Musi  
co, p̄ceptoreq; nostro haud pœnitendo, amicitiæ uinculo  
esse astrictum, tū paulisper animum resumpsi. Apologiāq;  
qua in Io. V aginarium Bononię, inuehimur, inuitó Fran  
chino & quidem inscio, tuo nomini audacter dicaui, quo tu  
tior augustinorq; in hominum conspectum prodiret: Nam  
scimus uniuscuiusq; rei maximam partem esse principiū,  
ipsæq; p̄fationes lubentius legentis animum ad pro  
positæ materiæ lectionem perducunt, cūq; eo uenerit, euī  
dentiorem eius prestat intellectum. Si, dum aliquātulum  
animum a philosophiæ studijs, quibus nōmodicam impen  
dis opā, seuocaueris, aliqua fortasse minus eleganter & mo  
derate dicta comperies, Id non ingenio nostro tamq; rudi  
& maleuolo ascribes: Sed potius iracundiaæ, quæ nos maxi  
me exagitabat, Cum tot, tātaq; a Io. V aginario homine ad  
male dicendum nato, probra in Franchinum petulanter &  
liuide aspersa animaduerteremus. Scis.n.plærūq; indigna  
tionē, natura etiam obstante, in ea quæ nunq; prius pensa  
uerimus erumpere. Reor tibi satis supq; Io. V aginario  
qui nos ad talia excitauit, cognitum esse. Sed non modo ip  
sius perdīssi, mores hoc opusculo, uerum etiam asseclarū,

complicunq; suorum, taxamus, qui in alienis rebus non so Myopes  
lum Lyncei, sed Argi ocul ei, & in conniuentes uideri uo Arimaspi  
lunt, In suis uero nō tantum myopes, arimaspiq;, sed ipso Tyrefia cæciores apparent. Scio plerosq; rimabūdos nō defuturos, qui nos aut aridos, aut triuiales redarguerēt, operis materiam & authoris sententiam nō considerantes: sed tui nominis autoritatem i tutellam nobis delegimus. Vale, te duce maiora forsitan adgrediemur.

Prestantiss. Adu. Dionisi Brrippij Mediolanensis patrīj In Bartholomei Philip. primitias.

**D**extro fidere iam uagate totum  
Orbem primitiar, timete nusq;  
Fucos: spicula: nec minas eorum:  
Doctoris liceat pietueri  
Vobis Gaphurij palam uigentis  
Nomen: quod lacerat Bononiensis;  
Monstrous, rabidus: canisq; teter,  
Qui diro superat suo ueneno  
Dirum tartarei canis uenenum.  
Qui solo intuitu necat Volucres  
Ansanceti foret ut nocens Vorago.  
Qui flatu redolet grauem Mephitum.  
Et tactu uolucres tuas Celeno,  
Thersitem fatie: & nouis Camoenis:  
Hec pestem superat nephanda pestis.  
Tutans, ast merito suam Mineruam.

Asperca Ingluuie, canis uoracis;  
Audens Bartholomeus iste noster  
Argutus: sapiens: probus: disertus:  
Stirpem nobilitat Philippineam,  
Tota cum patria nouis camoenis.  
Ergo carceribus modo relictis  
Dextro sidere iam uagate totum  
Orbem primitiae, timete nusq.

G A V D E N T I V S . M E R V L A . I N . B A R  
T H O L O M E V M . P H I L I P .

Vobis patrociniūm tui Magistri  
Clari: doctiloqui: Senis diserti:  
Et multa grauitate iam probati:  
Sacris moribus: eruditione:  
Aequitate: sua expolitione,  
Sumpsistī: nequeo nisi probare  
Te uerum sophiæ, deę esse alumnum.  
Prudentem fore, nobilem, modesto  
Te duxi ingenio: liquore dignum  
Solum nectareo: Cheli decentem  
Phœbea: nequeo nisi probare  
Te uerum sophiæ, deę esse alumnum.  
En nosco genium tuum nec esse  
Procluem opprobrio, aut loquacitati,  
Solus nititur hoc Amor magistri,  
Intinctas iaculeris ut sagittas

Nessi pestiferō crūōre dextra;  
Sic sic ítur ad astra:sic olympus  
Sic fulgens petitur:uīris parantur  
Sic sic Nestorei dīes.& ipsum  
Nomen post cíneres diu sepultos  
Víuit:pellere non edax uetustas  
Non fulmen poterit:deum nec ira:  
Non mors:en nequeo nísi probare  
Te uerum Sophiæ,deę esse alumnūm.  
Lauro cíngē comas Apollo:flore  
Intextas uario deę coronas  
Parnasi date:prémium laboris.  
Lēto uiue animo comes uenuste  
Víuet post cíneres tuum sepultos  
Nomen:dum radijs Polus nítebit.  
Es tu q̄ sophiæ decens Alumnus.

BARTHOLOMEI PHILIPPINAEI  
Gaphurianí Nominis Assertoris in. Io. Vagina-  
rium Bononiensem. Apología.



Ensitantí mihi iniquissime & petulantissime uaginarie, tuam in dicendo saepius ac saepius fatuitatem, procluemque eruditissimis etiam uiris detrahendi naturam, potius silentio, quammodo chartis, stimulo cogete, manuimus, inuoluere non indecorum uidebat, ne cum deliro uerba facere nobis obijceret, sed indies tuis scurrulitatibus, & turpissimis uociferatiōibus laceſſiti, et si, mitis, facilisque natura nobis sit cōparata, hec pauca tecū agere coacti sumus, quandoquidem litteratorum omnium usque quaque obſeruādissimus fuerim, ut quae in ipsorum Eruditionem, & doctrinam iactantur pbra mihi ipſi putem illata: Eruditōrumque quorūlibet pro uirili tueri partes: presertim preceptoris: meum esse arbitrer, est enim is nobis ingenuus mos & consuetudo ifipidum quemque, ut tu es, odio, ut ait catullus uatiniano prosequi, ac explodere, doctissimum uero quemlibet, per amare & honoratius de eodem prēdicare. Non mireris igitur perditissime uaginarie nos paruper detes in tuos flagitiosissimos mores acuere, qui merito non scriptis ullis, sed inexquisitissimis questionibus & tormentis esses castigādus. Audes ne illum quem tot disciplinis insignitum uirum, pia fata, benigna sydera, totius Italiae ornamento dedere, huiuscmodi garrulationibus p uocare? O merito, ut refert oratius, quin Iuppiter ambas

Catullus  
Odiū ua-  
tianum

Oratius

iratus inflet buccas, nec se fore posthac, tam facilem dicat uotis ut præbeat aures: O mētē V̄csanā, quænā fūrię quę ue dīræ te īpulerunt: ut Gaphurium talibus latratibus obtunderes: proferas uelim, quibusnā suf-  
farcinatus authoribus, qua tem eritate, ambitiōe, petu-  
lantia, quoue malo iuditio, īductus, ut Franchini ope Opera Fran-  
chini.  
ra, hinc et īnde elegantiā, et perq̄ expolita, tor, tantisq; gerrharum cumulis, īsimulares! O ridiculum caput  
nempe, ut ait iuuenalís, cuius semper cōmertiū est cū Iuuenalís  
stabularijs, cauponibus, et ut idem scribit, īuenias ali-  
quo cum percussore iacentem: permixtum nautis, aut  
furibus, aut fugitiuīs, inter carnifices, et fabros sandapi Vaginarii cō-  
mertia  
larum, nō ueretur sese īter magnæ authoritatis uiros,  
et expectationis adnumerari. uerum a conditīs littera-  
rum monumentis nemo tam felicis ingenij, et exactissi-  
mæ solertię in quouis studiorū genere, exstītit, quin a  
zoilis et sciolis, flosculos aliquos hinc et īde captatiūbus Nunq̄ detra-  
ctores defue-  
runt  
non sit uellicatus. Homerus ille mantuanus cuius diui-  
na pœmata omniū uersant manib⁹, detractionibus nō Homer⁹ ma-  
tuanus  
caruit. Socratesq; Atheniensium unus omnium sapien-  
tiſſimus philosphus iudicatus, qui philosphiam natu-  
ralē ī moralem transtulit, et a quo multa alia philoso-  
phorum genera, ut Eretriorum, megaricorum, pírrho-  
niorum, socratičū nomē, sibi ascribere non dubitarūt, Socrates.  
Eretrii  
Megarici  
Pírrhonii  
Philosophi  
tanq; a philosphorum fonte, nōne et ipse lauernionū Lauerniones  
dentes est expertus? Atq; ī salustium argutia, liuium Salustius  
dexteritate dicendi peritum, tulliūq; non humanæ, sed Liuius  
diuinę potius eloquentię fontem, nebulones genuinū Tullius  
exercuisse legimus. nonne et poetarum fons homerus Homerus

ínuídorum spumosis sibilis est uexatus; sed quid plura  
íngeram? quum tot, rum græci, tū latini litteratorum  
principes scriptores ab his tatum tribus litteris suffar  
cínatis liuidulis fuerint proscissi? quid ergo denouis  
scriptoribus? Nempe non desunt qui calamistrati cín  
cinnis, glabella cute, mimica capitíris crispatione, conspi  
cui, & incredibili decepti philautia, ut se omniū aristar  
chos, psiteantur. Et hunc uelutí somnículo sum, scabro  
sum, stili insciū fugillent, alium uero adfectatum, ad  
rogantem appellant, et deniq; unū quēq; aliquo asper  
sum uitio insimulēt sed si qs hos nebulones ad eiusce  
modi aleam prouocaret, quippe anguinea, ut aiunt;  
uernatione et talpa cætiores uiderentur. at profecto ne  
scio cur hac tépestate tot ossores existant, quorū mens,  
studium, institutum est semper cū larvís luctari, i mor  
tuos insurgere, aut eorum qui ingeniū sui tot relinque  
rūt monumēta, normē obfuscare & synchronorū antra  
cino colore famā cādīcantē obtenebrare nec, idignū cē  
sēt cæteris opp̄ssis se extolle re, ad astra euehere, sed me  
maior tenet admiratio, te, qui omniū sermone, rudis, fa  
tuus, uulḡi fabula, Toroneo portu surdior p̄dicaris, in  
gaphuriū diuinaz harmonię p̄fessorē blatterat. O durā  
ceruicē, crabrones uis excitare, sed, ut opinor, i tuī pni  
tiē, nescio pfecto cur adeo tibi ífensus sim, cū. lo. Iaco  
bum lomatium cōmilitonem nostrum tibi propitium  
habeas, qui cum iam ab apolline sententiā datum iri  
uersus te p̄fensisset, non dubitauit pueris bononiēsi  
bus pro te ut supplicarent, carmen hoc componere,

Calamistrati  
Glabella  
cutis  
Philautia  
Aristarchi

Anguinea  
Vernatione  
Et talpa cæ  
tiores  
Ossores  
Larvæ

Synchroni  
Antracinus  
Color

Toroneo  
Portu  
Surdior

Iacobus  
Lomatius

Phœbe preces si te puerorum flectere possunt;  
Sí canimus laudes carmine s̄pē tuas,  
Næ propriā amittat pellem spatarius, omnes  
Oramus: poenas nec luat īmmeritas,  
Solus enim nobis præstat solatia, r̄sum  
Excitat, et vulgi fabula iam canitur;  
Nec mirum est toties si te et tua numina lædit;  
Athus et est sacrum carpere gaphurium.  
Nam furor, illius mentem, et præcordia uexat;  
Nec peccat, penitus, nam ratione caret.  
Sipueri īfano uultis me parcere, saluus  
Hac fieri sola condītione potest,  
Assuetam repeatat si uaginarius artem  
Sultitię poenas sat dedit ille suæ.

Habes modo qualis ab omnibus tenearis, quū pueros  
quibus r̄sum er cachinnandi causam præbes tibi mor-  
tem deprecari oportuerit. Gaphurium nemini huius  
tempestatis in Harmoniæ rythmis secundum, tanta tí-  
bi ne est foedissime uaginarie temeritas et īsolētia ui-  
ros aculeis incessere? Vbi nam ī musices disciplinis  
uera et probata est scientia nisi in Gaphurio? nam Hen-  
ricus glareanus heluetius poeta laureatus, sibi turpe  
nō putauit, operi suo scalam, quam noster Franchinus  
ab initio suæ musices posuit, īserere, eumq; tanq; gra-  
uē authorem citare. uis ne arcadice agaso in litterato-  
rum uexilarios tu quoq; numerari? et inter mellifluos il-  
los musicæ concentus, Grunitus tuos īserere? abi abi,  
nec tam illotis manibus amplius diuinæ cōcinnitatis pa-  
gellas uelis attractare, quibus īdies abuteris, dum iter Popinæ

Phœbi  
Reiponſio

Henricus gla-  
reanus  
Poeta laurea-  
tus

Ganeas et popinas, non sine plurimis prius bacchi hau-  
stis poculis, amena uocē frustra niteris eructare, Odij  
imortales permittis ne inter scorta et tabernas fœdissi-  
mam hanc belluam ea profiteri, Q uibus uestræ mul-  
cetur aures! O saclī dedecus o pernicies unde tam accē-  
sa improborum est effrœnis licentia, ut nihil fere in ui-  
ta tam sanctum, tamq; honestum sit, quod aliqua sui ue-  
neni labe nō inficiat? Franchino quē neoterici scripto-  
res in Harmoniæ disciplinis tanquam irrefragabile, ad  
suam corroborandam sententiam adducunt, nō dubi-  
tat contagiosus uaginarius detrahere, et ipsius nomini  
maximum in se ponderis habenti derogare, sed has la-  
trationes, omnes ut refert catullus, unius aestimamus  
assis, nec tantum apud eruditos tuę ignauissime uagina-  
rie gerræ expectationis habebunt, quin apud poste-  
ros ipsius monumenta tantum uenerationis indipiscan-  
tur, Q uantum phriges turritæ cibeli, Thraces marti,  
pahos ueneri, mercurio arcades, iano gemino latiale  
imperiu, iunoni samos, palladi athenæ, rhodos Apollinī,  
menala cynthiæ, baccho orientalis orbis, cereritriq;  
tra sicilia, thebani herculi, persephonæ cyzicos, loripe-  
di numini lemnos, V estæ æterni ignis obleruatici ro-  
mana relligio, olim reuerenter exibuit, uirens tibi ad-  
huc exæstuat inuidia, et cum tuis male instructis militi-  
bus laudensi gaphurio syphonibus in surgere perten-  
cas, quem quidem celebritatis nomine memphis pyra-  
midibus superbissimis conspicua, Babiloniaca penfili-  
bus hortis famigerata mœnia, Ephesiæ templum innu-  
merabilibus colunis arduum, Cyri regia lapidibus au-

Catullus

Phriges  
Thraces  
Paphos  
Arcades  
Menala  
Samos  
Triquetra  
Sicilia  
Thebani  
Cizicos  
Memphis  
Babiloniaca  
Mœnia  
Ephesie  
Templum  
Cyri regia

ro illigatis splendida, pharos turris uitreis cancris sustinentibus memoratissima, Olympij iouis ebore candidissimo illustris ymago, Mausoleū mira altitudine magnificum heracleæ theatrum uno solum lapide miraculosum, speluncæ labyrinthi ambagibus uiarum fallentibus sublimes, amphitheatrū marmoribus præaltis sumis curuiscq; fornicibus ingentissimum, apollinis ara cornibus extructa, non superabit. o impudentissime uaginarie qui merito coruos in cruce pasceres, quæ nā tephanatica mens impellit, franchinum artis musicæ præceptorem nostrum exactissimum tam petulanter irritare, qui tribus tantummodo caracteribus imbutus, uaniloquentia tua credis famam comparare, sed, ut reor, famelupinam inde conqueraris, nec unde eam possis expellere qcq; penes te extat, nisi ad mimica, parasyticaq; te conferas studia. Quantæ apud græcos antiquitus uenerationis musica habita sit, ex hoc clare possumus diuidcare ut idem musici, et uates et sapientes haberentur, Cuius scientiæ quum se imperium themistocles esset confessus, ut inquit cicero, indoctior est iudicatus: animaduertite igitur uaginarij in sulcisimi fautores in quā syllam & charybdim modo decideritis, uirū huius doctrinæ adamussim doctū: diuinocq; afflatū numine, uestrīs ambagibus cōmouere. Ausus es præterea tuis iepitijs & latrationibus nuper in lucem editis itidem lacerare, & eum sicienti cani comparare, ah impudice caue ne uerba hec quādoq; te iugulent, quādo nec quidem alio dīgnus es affīci suppliū, q; eum sientem famelicumq; canem adpelles, non iniuria hec comparatio a fauībus

Pharos  
Turris  
ymago iouis  
Olympii  
Mausolcum  
Labyrinthus  
Amphitheatre  
trum

Apollinis  
Ara

Musica i maxima ueneratione apud grecos habita est.

Themistocles  
Cicero

tuis tandem est eructata. nam licet plurima tuu apud  
grecos, tu apud latinos, uiderit & lectitauerit, & iam gra-  
ui cōfectus sit senio, adeo uirtutis dulcedine detinetur,  
ut noua semper recognoscere cōcupiscat. itaq; huiuscē  
modi collatione, qua eū iſimulas, nec quidem alia, meo  
iudicio, est dignus. O rē nīmūridiculam & admira-  
tione dignam, cuius animus semper in popinis fuit, au-  
det nullo unquam habito litterarum primordio in pe-  
ritorum aleam prodire, & gaphuriū romanæ lingua  
obseruandissimum tanq; ignarum doctrinæq; experte  
promulgare: in hoc solo, ut cætera omittam deliranen-  
ta, de temnaciam & apertam dicendi occasionem p̄z-  
bes, Accipe igitur Gaudentij merulæ nostri cōdiscipu-  
li, hoc carmen, quo, in quanta habeantur ueneratio-  
ne et honore gaphuriū uolumina, tuæq; latriationes ab  
eruditis, facile percipiēs,

Vane quid insanis, facundos rodere libros!

Q uos populus, musæ: pallas: apollo: probant.  
Hos relegunt reges, iuuenes, pueri, atq; puellæ,  
Hos tantum non urbs, orbis at omnis amat.

Indiuersa, tuas lanius per compita gerrhas  
Portat, eas passim furua culina rapit.

Tegmina iam fiunt piperis patinarie nigri,  
At musas huīus candida turba legit.

Idemens, carnes quas possis mandere quære,  
Munera uel repetas quæ tibi nota prius.

Spurcissime uaginarie nisi iam dudum, ut est ī adagio,  
frōtem perfri cuisses, Franchinum detractionibus sibi

Gaudentius  
Merula

Vaginarius  
Frontem  
Perficiuit

samam uoluisse comparare, eutiq; lib̄os suos de Harmonia, ad iactantiam & ad uulgares adulaciones in lucem dedisse, dices? O cur meritae de te non sumuntur poenae? quando comuni omnium utilitati, & commodo consulere, musicisq; presertim suppetias ferre Franchi nisi semper fuit institutum, credisne hunc magis terranam gloriam affectare, q; illam, ad quam seuerinus Boe Boetius tius de consolatione libro tertio, metro decimo, homines hac fallaci gloria captos ita inuitat?

Huc omnes pariter uenite capti,

Quos fallax ligat improbis catenis;

Terrenas habitas libido mentes,

Hic erit uobis requies laborum,

Hic portus placida manens quiete,

Hoc patens unum miseris Asylum.

Id quidem nisi ignauis & fatuis euénit, quos mundi populi, fauor populi detinet, Sed temere rarijs iudicijs plena sunt ormania, nā ut. Io. Chrysostomus refert, si q; studet & uacat humilitati hypocrita est, si recreationi, gulosus ē, si patientiae, tirnidus est, si iustitiae Impatiens est, si simplicitati fatuus est, si prudentie, malitiosus est, si matritati phlegmaticus est, si iucunditati, dissolutus est, si religioni, singularis est, si solietati, sæcularis est, si silentio & paci dissimulator est, si aliorū correptioni presumptuosus est, si istat uigilijs & orationibus indiscretus ē, si dormitioni somnolentus est, si p̄dicationi, & aliorū saluti, appetitor laudis ē, si desistat, negligēs, ē, si habet gratiā hominū adulator est, si adulari renuit, dī q; superbus ē.

Io. chrysostomus

insurgis nequissime uaginarie, ut proprio te dicam uerbo, tuisq; nugamentis in Franchinum promulgatis; urbanos mores, quandoquidem se tibi debere non fateatur, in eo minime esse refers. Vir omni modestia doctrina, studio, urbanitate, premunitus, Agasonis & popinorum gurgitis comeditum curabit, eidemq; se debere probabitur. Orem perditam, & inauditam, eo quo tu claudicas pede, ceteros uis claudicare! Franchinum ignobilis in simulas, sed in hoc praeципue testibus quiplurimis uaginariis more suo mentiri omnibus fere notum esse arbitror: Qui incertis natus est parentibus, & iter stabularios, caprarios, Agasones, baiulos, est educatus, si ingenuos urbanosq; nutritos hisce stultiis & demetiis latrare, magnopere elaborat, O quis celum terris non misceat & mare celo, ut inquit satyricus. Iuuenal. gapurium tuis schedis piceo rogo te cum dignis, ebrium niteris comprobare, non miror, nam unusquisque artis suae optimus est disputator: sed uideamus utrum magis hoc uitium conueniat, gapurium meri continentissimum esse plurima indicant testimonia,

¶ Quippe qui usquequamque animum diuinis officiis intendit, nemini detrahit, nisi forte centies miliesque prius fuerit lacesitus, nemini spectaculum nec ridendi materiam praebet, quod praecipue uitium in te regnat, uide ne potius in eo sit sobrietas recti iudicij tenax, memoria recordationisq; inseparabilis sapientia, secretorum custos, archani uelamē, lectionū & doctrinæ capax, studiorum & artium bonarum disciplina, pariter & magistra ingeniorum, bonę famę semper auida salubria atque

Popinarum  
Gurses

Iumentalis  
Schedia

Sobrietatis  
Virtutes

utilia creans, uirtutis singulare auxilium, cuncta cu  
ratione disponens, in congregatiōne honestorū sem  
per īgerens, Quæ omnia in gaphurio præceptore  
nostro extare, perspicimus: ī te uero, assidua ebrieta  
tem: quæ, ut seneca astruit, omne uitium detegit, &  
īcendit, ubi animum possedit, nimia uis uini: quic  
quid male latet, detegit, ea profecto, uitia, ut idem  
ait, non facit, sed protrahit, tunc ipudicus, ut tu, mor  
bum profitetur; ac publicat, tunc petulans non ma  
num, non lingua m̄ continet: crescit in solentia super  
bia, crudelitas saeuo, malignitas liuido, omne uitium  
crassatur, & prodit. cōiice impudentiss. uaginarie an  
uno istorum contagiorum uitio sis alienus, nempe in  
quo, tot extant flagitia, quot uerba ex ore profluunt.  
gaphurium ualletellina oriundum astruis, quem ta  
men laudeñ esse, apud omnes cōstat: sed quid ad re? Virgilius  
Non ne & is, qui modo latinorum poetarum fons di Vbi natus  
citur, in pago qui andes appellatur, est progenitus?  
quis tamen ipsius poemati, tanq rudi, & insulso, ad  
latrabit: monitus es iā dudu, ne amplius huiusmodi Tellus in nar  
deliramenta, & futile, chartis mandares: sed quem  
admodum telluri in narniesi agro, quæ imbre fit sic  
cior, æstu uero humescit, ita tibi obtigisse arbitror: niēsi agro im  
quiibus gaphurium proscindas: sed ut, immortalis ē Vcritas  
ueritas, sic fictio, & mendacium non durant: simula  
ta illico patescunt, & magno studio compra cæsaries  
ueto turbatur exiguo, & operoso impræssus succus Immortalis.

Frañ. Petrar  
cha.de reme  
dio utriusq  
fortunæ.

Fatuorū mo  
res

Valerius  
Maximus

Sacerdotibus  
qua necessar  
ia

Suetonius  
Moror

labore, sudoreq; dilluitur: Argutū mēdatiū uero  
cædit; abeūt umbræ, Natiuusq; rebus manet color,  
& laterē diutius, magnō ē labor, Néo, ut frañ Petrar  
cha scribit, sub aqs diu uiuit, Erūpat oportet, & frō  
té, quā celabat apiat. gapuriū iactatię pcupidū scri  
bis: Nulla ducor admiratione, talia abs te díci, nā fa  
tuorū pprīū ē, ut qcqdī pectore habeant, id uultu,  
& ofone pferant, Q uoq; morbo ipsi laborēt, alios,  
quoq; eo detineri credāt: At sapiēs de se ipso prædica  
re, falsa præsertim, deformē existimat: nāq; ut max.  
astruit ualerius, nihil est quod magis minuat laudis  
præconium, q̄ suos assidue iactare successus, & sin  
gulīs diebus, anni uendere diem unum, Q uod te  
pestilentiss. uagi facere, líquido satis uidemus, dum  
tua hac uaniloquentia plurimum oblectaris, & alio  
rum famæ incumbere, magnam tibi gloriam com  
parare, autumas. Nonne pudet, quem beate uiuere  
apud omnes constat, in cuiusq; manibus, dīe noctu  
q; sacerdotibus necessaria tractatur, uidelicet, sacra  
mentorū liber, lectionarius, Antiphonarius, com  
putus, canones pœnitētiales, psalterium, Homeliæ,  
& cætera huiusmodi, adeo impudēter, proscindere?  
Hec profecto non maledicentia, nec obiurgationi  
bus, eum apud posteros, celebre Nomen uelle indi  
pisci, uerum sanctimonia, ostendunt. Mente atq; ani  
mo Franchinum penitus carere, scribis: sed, qua  
so, quisnam te magis talī nomine, dignus est nuncu  
pari? Q uí nísi iter homiues, ut suetonij utar uerbo,  
morareris, Gaphuriū sanaz mētis hominē uenerare  
ris. q; igratitudinis uitio eū, ísimules, aduerte ne cō

tra causam dicas: Adsis uappa, & tuā ptegas ratio  
nē, Nōne cētias ab xenodochio crustulū panis sup-  
pliciter, & tremebūda uoce postulasses, ad uoracissi-  
mā saturandā aluū, aut pediculari morbo, cū morta-  
libus ager, destitisses, nīsi immensa, ineffabilisq; Frā-  
chini benignitas, & clæmētia, musices rudimenta, te-  
edociuſſet? Nā quis tibi aperuit, tertiā ditonalem a  
ſequiquarto iteruallo, ſequoctogefima pportione  
diſtare: Pariterq; ſemiditonalē, a ſequiquinto ex ad-  
uerso, quū hec augumēto, illa diſinutione? Frāchi-  
nus proſecto; ipſum tūc p numine habebas, ſed mō  
omnia irrita in uēto abijere; feciſti qđē, ut lactatius  
firmianus afferit, quēadmodū li quos grauiſ necessi-  
tas premit, & uexat, qui tūdei recordant, ſi bellī ter-  
ror infremuerit, ſi morborū pefifera uis incubue-  
rit, ſi alimēta frugib; lōga ſiccitas dñegauit, ſi tépe-  
ſtas, ſi grādo īgruat: ad deū cōfugit, a deo auxiliū pe-  
tit, deus ut ſubueniat, orat, ſi q; ū mari uēto ſæuiēte  
iactat, hūc ūocat, ſi ad extrema necessitatē ductus  
mēdicādi, uitā p̄cibus expoſcit: deū ſolū obreſtaſ, p  
eius unicū, atq; diuīnū nomē, homīnū ſibi mīſericor-  
diā quærit: Nūq; igit̄ Dei meminerūt, niſi dū ū ma-  
lis ſunt cōſtituti, poſtq; metu deferuit, pericula receſ-  
ſerūt, Deo, ante, quem in ſua neceſſitate, imploraue-  
rant, nec uerbo quidem gratias agūt. Hec igit̄ prē-  
mia, laus, honorq; quem præceptorī optime de te-  
merenti exibes: ſed cur hec? neminem, ut maximus  
ualerius inquit, ligurgo aut maiorem, aut utilior-  
ē, lacedemon genuit: ut pote, cui Apollo pythius

Xenodochiū

Nota de mu-  
ſica ſcitu di-  
gna

Lactantius  
Firmianus,

Valerius ma-  
ximus  
Ligurgus.

oraculum petenti, respondisse, fertur, nescire se, utrum  
illum hominum, an deorum numero aggregaret, huic  
tamen neque constantiss. erga patriam, amor, neque le-  
ges salubriter excogitatæ, auxilio esse potuerunt, quo  
minus infestos ciues experiretur, saepe .n. lapidibus  
petitus, aliquando electus publico furore, etiam pri-  
uatus oculo, ad ultimum ipsa patria est priuatus. ue-  
rum esse fateor quod lucianus inquit, malum uirum  
dolum perforatum esse, in quod omnes immittens gra-  
tias, in uanum effudisti. uide uter utri magis debeat,  
si Franchinum tanquam officij erga te immemoré uo-  
ciferaberis, nihil est quod me moueat, nam tui sem-  
per moris fuit mendacium, mendacio ingerere, ast non  
inficiabuntur tuæ omnes, apud Franchinum; quotquot  
sunt, epistolæ, quibus summis precibus eum allo que-  
baris, ut quæ penes te incognita; & minus percepta  
fuissent, explicaret, gaphurius uero non elati sed mi-

Gordiano iugo inexplicabiliora.  
De musica Notandum

tissimi; syncerique ingenij, & si gordiano iugo inexpli-  
cabiliora, quibus alexandri uiolentia opus fuisset, ex  
postulasses, omnia clare ac dilucide exonodabat. na-  
a quo uarias, & diuersas semitoniorum chromatico  
diuersimode dimensorum habitudines, didicisti? non  
a Rhami tuo quem, quamque errores plurimos, in pa-  
ctica sua seductiuia admisit, irrefragabile putas, neque  
a boetio & ugolino, neque a guidone aut a iacobo fabro  
uerum solus gaphurius, in cunctis uoluminibus suis,  
tibi liuido & petulantia, author fuit. Tunc quidem se  
matricem, ut tiberius de calligula aiebat, educare, p-  
cul dubio dicere potuisset, quium gaphurium in tuis

Matrix ser-  
pens

schedijs, ter quaterq; īsanum esse, replices, magnam  
illī ignominiā obīcere tibī persuades: Omorionis  
nīmiam īscitiam, si litteratum uel mīnimam partē  
delibasses, huius uocabulī notio, profecto te non prē  
teriret, nam quid magis apud graues authores, ē re-  
ceptum, q; uirum īsanum eum dicere, ī quo mul-  
ti iuga sit doctrīna? sed stultus stulta loquitur, O de-  
tarpeia rupe p̄cipitande, qua olim mēdaces, quas  
offas scribligīnis modo effutisti? arbitrō te omnīno  
de gallo phrigiæ flumine īmodice bībisse, nā si mo-  
dice, morbo tuo medicinam attulisset, nec lympha-  
tum animū, ut hunc & illum irritares, inde repor-  
tasse. īficiaris etiam ī alia schediorum tuorū par-  
te, gaphurij prosapiam, ī lauden ciuitate, mīnime  
propagatam, quis te ad has īeptias eructandas cogit  
īmpetus? detur, ī quoū Franchinum īfimo pro-  
genitum loco, quod tamen a ueritatis scopo aberrat,  
ex hoc potest ne quicq; eius doctrinæ, & nomini, de-  
trahi? nam quis te docuit, tonum ī sesquīona pro-  
portionē, constitui, quod cunctis musicis dissonum  
ē, solus gaphurius, ptholomeum sequutus, sesquīo-  
num spatium, a sesquiōctauo tonī spatiō, sola sesqui  
octogessima pportionē superari: rursusq; tonum ses-  
quiōptimo īteruallo, sesquiexagesima tertia ppor-  
tiōne esse minorem, atq; semitonij minoris spatium  
plārūm q; proportionē, tum augumento, tū detrimē-  
to uariāri, secundo de harmonia doctissime demon-  
strauit, & sexta atq; septima apologiæ suæ parte, tibī  
apertissime ostēdit. Obīcere arcadice itaq; p̄cepto

Infantū in bo-  
nam partem  
accipi.

Mēdaces de  
tarpeia rupe  
precipitaban  
tur.  
Galli, flumi-  
nis medicina

In musica no-  
tandum.

ri nostro non erubescis? quippe qui petulanter & li  
Gaudētii me  
rula carmē.  
uide, solo niteris mendatio abutī, quod etiam Gau-  
dentius merula animaduertens in hoc epigramma  
prorupit.

Scisti sana loqui qui nunquam: dīscē tacere,

Nī sy pilea uelis, tu fieri Niobe.

Pythagoræ aut fies samij spurcissime forsan

Discipulus: sapiēns uel magis, Harpocrates.

Hunc tu si laceras, o, demens, nescis apertum

Esse hoc infelix improbitatis opus?

En compesce tuam tandem spatarie linguam:

Nam cytharam, & modulos nescit asellus iners.

Nihil ad Gaphurium, attinet, si ab ignarīs, & fatuis

ipsius uolumina parum approbantur, Dummodo

a, doctissimis. summis Laudibus extollantur, non-

dum Franchinus Practicam suam musices, edide-

rat., Q uum iam ab eruditissimis, exoptari, lauda

dariq̄ cœperat: Q uod quadam ipsius Franchini

Franchini epi-  
stola

epistola comprobabimus.

Doctiss. uiro marco sanuto patrítio ueneto. Franchi-  
nus Gaphurius Laudensis. S.D.

Vīsus sum Ampliss. uir. meꝝ int̄e sat̄isfacturus ob-  
seruantiaz, si quos non mediocriter a me edi concu-  
piueras, codicillos de musices practica conscriptos,  
ad te mitterem: eo magis q̄ diuulgatis, si illorum  
deffensionem suscipieris, bene & ſceliciter eis cefſu-  
rum uehementer confido. Q uis enim studiosus re-  
ſpuet, aut doctus coarguet, Q uum multi Iuditiū, &

magnæ authoritatís uíro tibi placuisse, ítellexerint!  
Iudicabor præterea maiorí cura emédatos, emíssis  
qui aliquando ad te, uelut ad optimum censorem  
mittere, destinauerim, qui quum cæterorum studio  
rum sis peritiss. ab hac quoque mathematicarum  
parte, musica non te alienum præstes: quod maxi  
mum arguméatum, id esse, puto, quod me huius no  
tæ inferioris hominem, nō tam facultatis huius gra  
tia, quam pro in credibili beneuolentia, tantopere  
ames & diligas. Vale. Mediolani decimo nono.  
kl. Ianuarij. M. CCCCLXXXVI.

Marcii sanuti  
epistola

Ille postmodum egregius uir, plurimi, Franchini,  
doctrinam, fatiēs, hac subiecta epistola, gratias egit.  
Franchino Gaphurio Laudeñi musico præstantiss.

Marcus sanutus patricius uenetus, S.D.

Quid gratius mihi aut Iucūdius euenire potuisset  
uir præstantiss. cura & sollicitudine tua! offecisti  
(quod summopere concupueram) ut libelli de mu  
sices practica a te cōscripti, ad me pferrētur. Gratias  
tibi ago q̄ illorum editionem curaueris, q̄ fidem ab  
solueris, q̄ multa doce, multa subtiliter & acute  
a te descripta, & hactenus mihi abscondita tua ope  
ra apertissima facta sint. uberiorem enim fructum in  
dies ex illis colligo, quantoq; studiosius & intenius  
libellos tuos lego, impensis tanto eruditione illo  
rū, uarietate & elegantia delector, & iſtruor. est qdē

opus pulcherrimū & ab omni parte perfectum, ut nihil quidem multis iam annis generis eiusdem absolutius aut legerim aut uiderim. Nec est uir eruditissimi cur laborum & uigiliarum tuarum deffessionem ab aliquo succipiēdam putaueris: ita sapiēter, ita eleganter & apte omnia suis locis composuisti, ut ualidissimis uiribus munitus: nullos aut fortunaz iectus, aut tuis morsus extimescere debeas: Memoriæ certe nominis cui & rerum tuarū æternitati consuluisti: Consuluisti non minus profecto hominum beneficio & utilitatī. Quis enim tam imprudens, tam ignarus, tam ihumanus, qui opus tuū exquisitum & eruditissimum, summis laudibus nō prosequetur: cum ea præsertim sit musices uis, ut feras non solum demulceat, sed syluas quoq; & saxa secum trahat. Meq; igitur partes erunt uir doctissime curare pro maxima in te beniuolentia, pro cōmuni omnium bono, p; boni deniq; uiri officio, ut uirtus & doctrina tua, tua sapientia, tuum opus (rarum id quidem & uerius unicum) apud eos uiros innotescat, quibus & grauitate & dignitate personarum merito cognitum fieri debeat. bene uale: uenetijs quarto decimo kl. februa-rij. M. CCCCLXXXVII.

Intellexit uaginarie, quantæ expectationis Frāchi ni Labores, apud hunc uirum habiti sint: nihil igit si quas in eum ingeras Latrations, curamus, q; uod Gaudentius merula etiam hoc epigrammate, profi-  
tetur.

Indica

Indica formidat culices non Bellua, nasum  
Inuidet u quamuis rhynocerotis habes.  
Fulmen ero contra te uaginarie:dura  
Impones linguae ni cito froena tuæ.  
Est tibi nota mei nondum uiolentia uersus,  
Zoile: si pergis tela cruenta dabo.  
Vrsus sum mítis, stimulabis perfide, si me,  
Tygride & hírcana sæuior ursus ero.

Carolus ualgulius, ad Títum pírrhínum, i præmio  
musices plutarchi, quæ ab eo, e, græco in latinū uer-  
sa est, post multa de musica disceptata, hec de Ga-  
phurio pceptore nostro refert. Hoc loco, nostri mu-  
sicam temporis, lamentarer, ni iā pridem complora-  
ta foret, facile id patiente Fráchino gaphurio, nostri  
æui præstanti, musico, cuius libros eleganter & eru-  
dite compositos, fere nemo nostrorum cantorum le-  
git, tum q plæriq grammaticam ignorant, tum liuo-  
re, quo plurimo id hominum genus, laborare, hesio-  
dus author est. Hoc autem a me solū dictum sit, co-  
hortandi eos gratia, quos ea mala tangunt, ut omni  
conatu inscitiam inuidiamq, uelut pessimas bestias  
ab animo depellant: hoc me fari coegit amor musi-  
ces, musicorumq, quo incredibili teneor: Nam quic  
quid apud ueteres elegans & eruditum canebatur,  
metrico rythmo compositum erat, siue laudes Deo-  
rum, quales hymni orphei, qui extant & nunc, siue  
decora clarorum uirorum facinora, uictoresq i olym-  
pia certaminum, & reliquarum celebritatum, qua-  
les pindari, siue nuptiæ, ut pæanes eiusdē, caneretur. Pindari pæa

Musice laus  
Orphei hym  
ni.

Innumerabilia alia argumenta, funebria, cōplorationes, amatoria, apta epulis alia, ad deprecandam pestem alia, materię tragicę, & comicę, perq̄ omnia genera, atq̄ omnes rythmos, uarietates, p̄cēmata cōdīta, ad tibiam, fides ue cantabātur, rythmīs, pulsibus, modulis, concentibus; humana uoce, cunctis simul, materię congruentibus, mores exprimentibus. legimus

Bellum thitanum a  
thamyra, iu  
fisco conditū.  
Demodus  
Corycensis  
Phemius

Bellum thitanum, aduersus Deos, a thamyra p̄stanti musico, ut qui musas in certamina prouocare non dubitauerit, fuisse cōditum; Demodusq̄ corycensem ueterem musicum, excidium Illij, & ueneris atq̄ vulcani connubium celebrasse; Ithacensem phe  
mum, redditum ex troia agamemnonem græcorum  
ducem, cecinisse, proditum est. Musica Deos etiam  
placari, consueuisse, qui nobis solis uocem articula-  
tam sunt elargiti, testimonio homeri potest compro-  
bari, Quum dicat,

Musica dii  
placabantur

Phœbeas iras placabant carmine achiuī  
Per luces totas, pulchrum pæana canentes.

Horum uaginarius præsidio munitum se iactitat, in  
cedit tumidus, arrogans, sed profecto, nec minimam  
quidem portionem attigit, nec nouit. itaq̄ se harmo-  
nicum prædicare non debet, quando qui a plutar-  
cho Harmonici, uocentur, ignorat. ut igitur inscītiā  
& dementiam tuam amplius ostendā, & an tali di-  
gnus sis nomine: uerba plutarchi in medium addu-  
cam. Harmonicus is est qui aurium iudicio ualet. At

Harmonici a  
plutarcho q  
dicantur

tu qui turdīs surdīor, libethrijs absurdīor es. harmo  
nīci nomine dignus es appellari! Aspice q̄ iep̄te in te  
portas recludas. Deniq̄ plutarchus post multos cō-  
memoratos musices authores, ait, nos uero morta-  
lem quemq̄ negamus, musices bonorum fuisse reper-  
torem, sed Apollini omnibus uirtutibus, & scien-  
tijs ornato, inuentum, munusq̄ tribuendum esse pu-  
tamus. Haud.n.tibia inuentum est marsiæ, uel olym-  
pi, aut Hyagnidis ut aliqui opinantur, nec modo cy-  
tharæ Apollo, sed tibiarum, fidium, cantus; est reper-  
tor. Est igitur musica ab omni parte Augusta, quan-  
doquidem inuentum sit Deorum, ea ueteres usi sunt  
pro ipsius maiestate, & dignitate, At hoc tempore, p-  
fractam quandam musicam, adulterā, calamistrisq̄  
inustam uaginarius per plateas, per fora, deducit.

perspicuum erat apud græcos huiusmodi disciplinis  
adulescentes erudiri, nam legimus Achillem sub chi-  
rone centauro, artem cythare dicam dīcisse, Dum-  
q̄ ab agamemnone Briseis captiua sibi intercepta  
fuisse, atq̄ indignabundus, manus conserere, desti-  
stisset, quibus paulo ante arma gestabat manibus,  
fides attractabat. Solebant & non nunq̄ militum ani-  
mi, interbellandum, sonis & cantibus acriores effi-  
ci, hancq̄ ob causam opinor, obseruatū esse, ut  
nostra quoq̄ tempestate, Tympana castris, quamq̄  
dissimili strepitu, admoueantur. Habet modo uagi-  
narie, qua maiestate disciplinam hanc ueteres Fue-  
rint prosequuti, Ideo dedecorosum putamus, deorū  
iuētū (ut supra ostēsum ē) abs te homine cōtagioso-

d ij

Turdis surdi  
or.  
Libethriis ab  
surdior  
Musica  
Deorum  
Inuentum  
Marsiæ  
Olympus

Chiron  
Achillis præ  
ceptor  
Catus castris  
admoueban  
tur.

Luius iudic  
opera.

exercerí, tam & si id tantum noueris, quantum Asi-  
nus lyram. sed hoc uideo te uehementer urit; quia  
Gaphurio quē præponant, nullum adhuc tempora  
nostra, produxere: non stupeo: nam (ut inquit liui-  
us) quo maior est gloria, eo ppterior est inuidiae, quæ  
nihil aliud scit, q̄ detrahere, uirtutes corrumpere, ho-  
nores, eorumq; præmia, sed magna cum sua laude Frā  
chinus in manu habet uindictam, quam noster ma-  
ro natura mitissimus, & qui nullam uirtutem homi-  
ni commodiorem esse patientia, prædicabat, indignā  
se non existimauit: Attentiore studio, quamq; pene d  
crepitus sit, bonis artibus in cumbit, ut uehemētius  
una cum coniuratis inuidia rumparis. Quod in coe-  
lum spuentibus solet, tibi euénit, nam in quibus Frā  
chinū uellicas, iſcītiā quidem supinā prodīs tuā,  
quo nihil in omni disputatione turpius dīci potest:  
Nam si Franchinum haud iniuria repræhēderes, pu-  
dendum certe fuisset, errata ipsius (quod iactas) imi-  
tari. fateor Gaphuriū in condendis cibis gulæ de-  
licatiss. tibi cedere, quandoquidem penī irudinem,

Penī irudo  
nepotum no-  
mina.

Ganeonem, uentrem cibi non modici gurgitem, te  
esse notum sit: & ea solum curare, quæ maxime ad sa-  
turandam aluum attinent. legitur archestratum, api-  
tium, tyndari cum, sycionium, Glaucum locrēsem,  
patrimonia abligurisse, Ii tamen ita uallatam gulam  
non habuere, ut tu, qui phyloxenī uetus exemplū  
renouasti, quum dígitos, buccasq; & os aqua feruen-  
ti colluas, ut obsonia callida sine noxa uorare dícas.  
Gaphurio succurrere te decreuisse dícis? O meletide

Meletide  
stultior

stultior, Diij meliorcm Franchino mentem tribuere  
qui plærofcp; ad optimam frugem perduxit, quū pri-  
us nebulonum uentosa loquacitas animos eorū ue-  
luti quodam pestilentī sidere afflasset, tritamq; ma-  
ioribus semitam linquere cœpissent. Ah improbiss.  
cur talia uiro probō obiçis? Q uum phrigibus Eu-  
nuchis euiratior, omnīq; muliere fluxior habearis?  
An putas scelera tua ad Deorum aures non peruenis-  
ses? ualde quidem cecinīt homerus.

Phrigibus eu-  
nuchis euirat-  
tior

Homerus.

Contemni numen olympi.  
Haud impune sinunt superi; scelera impia quamq;  
Distulerint, hominum poenas grauiora moratur  
supplicitia.

Cilicia digna  
nece.  
Afranius

Gescō colere

Cerito simi-  
lis.

O cilitia dignus nece, non audis ea quæ tib i Franchi-  
nus pandit, & aperit: uerum projecto dixit afranius  
amentes, quibus animi non sunt integræ, surde audi-  
unt, nam nisi cescon coleres, exciderent ne tibi, tot tā  
tæq; scribliginosæ latrations? Q uid oportuit Ga-  
phurium tibi latius ea explicare & recensere, de qui-  
bus in librīs de harmonia affatim tractatur? nī ccry-  
to esse eum similem credamus: qui tanta præteriorū  
capitur obliuione, ut easdem turpes inceptias sæpius  
inculceret. si ubi minus accurate dicit, rhamim pcepto  
rem tuum, Franchinus corrigit, id non ut detrahatur  
facit, sed ut studiosos admoneat, a præcipitio ca-  
ueant, interim non modo tibi, q; tui similibus male-  
dicere mihi persuadeo, qui prauis inherent opinioni  
b. s. & p sentētia quam semel imbibierunt, pertinaci-  
ter stante, nī memoric, lacerta minus haberet, assue-

Vag. min. la  
certa memo-  
rie habet.

Anabatarus  
mos

rares ne Franchinum elatū tumidumq; , ut qui obie-  
ctionibus tuis respondere negauerit, esse? Q uia  
batarum more clausis oculis pugnat, hesternāq; uap-  
pam ructat tam petulanter & immoderate Sanctiss.  
uirum & a quo multa antea recondita cognouit, iur-  
gijs audet prouocare? Excute excute si sapis p̄cepto-  
ris, complicumq; tuorum sordes, nec amplius Fran-  
chino detrahe, a quo tm̄ moribus, doctrina urbanita-  
te differs, quātū, ut iquit ppertius, Hypanis ueneto  
dissidet eridano, Alioquin papilionis te manet exi-  
tiū. Te p̄cipua præditū ingenij celeritate, dum Frā-  
chini labores perperam niteris uellicare, astruis? Fa-  
cis quod olīm Astidamas, iuita nequam uerna, quod  
ab alijs assequi desperabat: ipse sibi præstabat: non ad  
uertis quod iuquit cicero? Deforme esse ac se ipso  
prædicare falsa præsertim . Præcipuum tibi apud  
Bononię nomen indipisci arbitraris, dum tuas i me-  
diū profers nugas, & simplicem ætatem illis pascis,  
omniaq; quæ olīm pasis magus, polliceris, nec aliqd  
præstas, Q uum.n.pasis multis opiperas exibitus  
esset epulas nullo ministerio, sed magica tantum arte  
paratas, simul hac conuiuē expleti sunt, omnia ex ocu-  
lis euanuerūt. Expecta expecta scuticam, & marcidos  
putrefq; uino oculos attolle, qui intra pelliculam, te  
continere, nequis, quando istis faucibus, isto ore ad  
latrandum nato, ignominiose uocas eum, quem do-  
ctiss.uiri, Illustres príncipes, excolunt, & maxima ue-

Propertius  
Quantum  
Hypanis a  
ueneto erida-  
no  
Astidamas

Cicero

Pasis magus

Expecta scu-  
ticam

Franchinus  
musices p̄fet  
for mediolas

re  
neratione posequūtur. Nam si esset quem tua mer-  
dosa indicant schedia, certe in Mediolaneñ Gymna-  
ni

sio publicus musices professor haud esset institutus,  
nec apud totius Insubriæ dominos quicquā expecta  
tionis assequeretur, ab eisdemq; tot tantisq; muneri-  
bus afficeretur: Ob, horum virorum Authoritatem  
saltem partius tibi fuerat latrandum, ad quorum au-  
res si tua deferrent probra, & flagitia, certum est mihi,  
meritas te poenas daturū. Necis nescis uaginarie  
quæ supplicia sanctiss. leges maledicētibus prescribāt.  
Hē q; se Harmonicū, tribus tñ characteribus imbu-  
tus, p̄fitet, Dū Frāchīnus quo scunq; eruditos viros  
sectaretur, & ut ad honorē studiorū perueniret, quā  
ta Mys apud Pīsam, perferret: ad herilem cænam pa-  
rasyto os uapulandum præbebat. Quid tibi amplius in causa restat, quin homo nullius frugis existas?

Age age tuo iure, nam datur hec uenia dementibus,  
ut obſtrepant. Quis ante Gaphurium tanto ordine  
tantaq; facilitate musices Characteres distinxit, & ea  
quæ ad commune cōmodum attinerent, est auspīca-  
tus? Compesce tandem labra, & linguae frœnum ad-  
hibe, quippe qui mendatior es Parthis, nec in reſe-  
renda gratia melior Hyppotamo. Vnde uagniarij  
complices, uera scientia ad uos est delata, quam pro-  
fiteamini, niſi, a libris Franchini? Qui niſi extrarēt,  
Myricis procul dubio effetis infæcundiores. Memo-  
ratu dignam rem te facere arbitratus es, Latrations  
tuas, graui uiro Syluestro Alzato nuncupare: Sed  
nescis, munus hominis Improbī usum non habere?  
Tale præsertim quo tua Carcinomata in uirum In-  
nocēte & codro generosiorē trāffers, credisne alzatū

Quāta Mys  
apud pīsam.

Dementibus  
datur uenia.

Parthis men-  
datior

Myricis infæ-  
condior

Munus. Im-  
probī nō ha-  
bet usum

Porticus sep  
tiuoca

fatuitatē, petulantiamq; tuam latere? Satis palā ē Bacchum Apollinīs uice tibi fauere, nam quicquid ab ore tuo eructatur, nihil præter temulentiam redō let. Norūt omnes tibi ita a natura fuisse comparatū, ut uno prouocatus uerbo, immensum sermonē redederes: Quemadmodum porticus in olympia, quam septiuocām uocant, assolebat, pro una uoce multas reddere. Velutī inania uascula maxime tinniunt, ita quibus, ut tibi, parum inest mentis, sunt loquaces. si qua tibi cum Gaphurio communicanda fuerant, nō adeo tumidum, quisq; eum est expertus quin affabiliē se tibi, quamq; liuido, præstitisset; sed uini furor te exagitabat, uera ac falsa edere. Nōne indecorum est ciues Bononiēn, hanc pestilentissimam, bestiam uestra in ciuitate quæ semper bonis artibus floruit, & in qua tot doctissimi uiri emersere, quot olim milites

Adagium.

ex equo troiano descendere, diutius educare? Expel lite, tam & si puerulos uestros ipsius Commertium sequi non permittitis, nam id genus hominum, hoc proprium possidet, uenena procul afflare, Quemadmodum Torpedo piscis, licet nisi contactu nō noceat, uirus tamen suum ab ære, per linum, & arundinis internodia, ad piscatoris manum, mire transmittit. Qui ueram musicam idipisci exoptant, alias quoq; disciplinas necesse est sibi adiungant, uidelicet diuinis litteris operam nauare, quod noster facit Gaphurius, sed diuina præcepta sobrijs salutem præbēt, stultis autē heresim, & maioris impietatis, ministrat occasionem: sicut etiam rhododaphnes arboris folia quadrupedibus

Torpedo pi  
scis

Rhododa  
phnes arbo  
ris, folio.

quadrupedibus uenena sunt, hominibus uero præsi  
dia, aduersus serpentes. Grauiore quidem animo ua  
ginarie dicta tua paterer, si te scirem iuditio magis, q  
morbo animi, in Gaphurium petulantia ista uti, sed  
quum nullam in te modestiam esse animaduertam;  
& immoderatam istam uaniloquentiam, in adolesce  
tia tibi non defuisse, partius excandesco. Patet. n. pa  
rentes tuos, a quibus non degeneras procaces semper  
extitisse. Sed quid plura de insolentia tua Comme  
morem? Quum, ut inquit cicero, omnis tua oratio  
moribus colonet, neque qui ita uiuit, ut tu, aliter ac tu  
loqui potest: neque, qui tam illoto sermone uititur, ui  
ta honestior est. Quod propter peccata & flagitia  
Franchinum in dementiam incidisse increpes, Scias  
Gaphurium tantum a labe, dementia, ceterisque crimi  
nibus, abesse, Quatum tu a bonis moribus, studijs,  
urbanitate, innocentia, & omnium delictorum absti  
nentia. Si aliquorum musicorum insolentiam & in  
scitiam, ut poterat, repressit, temeritas tua que  
ea, ut uitia obiciit, reprehendetur. ista quidemque pro  
cax, impudicus, temerarius, in adolescentia uixeris,  
clare demonstrant. Noli Franchini temulentiam,  
& somnolentiam ex probare, quia ea non reprehens  
eres, Carcinomata, quibus ipse uacares: Debet (ut  
inquit cicero in crispum salustium) prius ipse omni  
uitio carere, qui in alium dicere est paratus. Neque o  
non mirari horum dementiam, qui tu se subiiciant  
disciplinæ qui ea quæ minus sapis profitendo, non so  
lum, non melior efficeris, uerum etiam ipsos audito

Cicero

Carcinoma  
ta  
Cicero

res inficis, & indociles reddis: quemadmodum etiam  
Salicis semē salicis seminī, euenit, quod ante maturitatem ē abie-  
ad quid. ctum, nam non solum ipsum nihil gignit, sed etiam  
fœminis sterilitatis est medicamentum. Satius, reor  
tibi foret, ut ad eas artes, quas olim parentes tui exer-  
cuerunt, te conferres: quandoquidem manus aptio-  
res habeas, ad conficiendas gladijs uaginas, q̄ ad euo-  
luendas rythmorum papyros. adeste uaginarij com-  
plices, omnes quot quot estis, & rem cognoscite, qui  
dum Franchino maledicere pertentatis, malefacta rā-

**Comicus.** dem (ut inquit comicus) cognoscetis uestra. uos om-  
nino, eius fore conditionis autumō, cuius uester est  
uagi. nam unusquisq; talis ab omnibus habet, qua-  
le commertium sibi delegerit: rectius uobis quidem  
consuluissestis, decori & famæ iſeruire, q̄ una cum de-  
trimento, quod procul dubio futurum credimus, aut  
horitatem, si quid erat, perdere. sed minime mirandū  
censeo, quoniam baiuli, baiulorum more loquuntur  
& faciunt, difficillimum porro existimo, inuitum ser-

Difficile ē in uare, ne se præcipitem dedat. Præterea, si quisq; suas  
uitū seruare, quas tibi subministravit nugas, quibus soles papy-  
ros implere, arriperet, quid tibi foret reliquum? né-  
pe ut Graculo olim pauonis plumis ornato, tibi eue-  
niret, maioremq; ridendi pueris materiam præberes.  
Reor satis probabilibus argumentis, & inditijs, Ga-  
phuriū omnī modestia esse ornatū, ostendisse: Latius  
q; ex præfisse uolui, quo maiores tibi inurantur no-  
tæ, Subiçiam tñ aliqua que Franchinū eū esse indi-  
cabunt, quem nostra tempestate, raram auem posse.

mus appellare: licet multi tabifico aspersi sint liuore,  
sed paruula marmaricum leonem non uorat formi-  
ca. uidimus in laudeñ ciuitate, egregiam unam do-  
mum, omni librorum genere refertam, quaꝝ religio  
fiss. Franchinus, his quibus domi res ē angusta, quo  
doctiores emergant, incolendam, dedit. Huic nulla  
est congerendi pecunias auiditas, uerum illis, indigē  
tibus subuenit: non immennor hinc mordaces cu-  
ras, (ut augustinus refert, libro xxii, ciuitatis diui-  
næ) perturbationes, fallacias, mcerorem Formidi-  
nem, insana gaudia, discordias, lites, bella, insidias,  
iracundias, inimicitias, fraudes, furta, perfidiam, su-  
perbiam, luxuriam, petulantiam, impudentiam, im-  
pudicitiam, fornicationes, & huiusmodi multa, sole-  
te inoriri. Est & aliud argumentum, quo sibi tota lit-  
teratorum Academia debere, fatetur nam si aliquo-  
rum uirorum uigilias, insitu delitescere, comperit,  
statim proprijs errogatis pecunijs, eas imprimendas  
curat, ut posteritati consulat. Maphei Vegij poetæ  
ac oratoris clariss. in primis hoc uerume ē, testantur  
monumenta. Et ut magis Cum lauernionum tuoru  
Caterua, dolore affixaris, principium epistolæ ipsius  
Gaphurijs, in medium recensebo.

Integerrimo uiro Iacobo Antiquario Duca  
li secretario:

Franchinus Gaphurius Laudeñ. S.D.

Cōtéplatus iterdū ego & philippinus Bononijs uir  
& doctrina & religiōe maxime uenerādo, Iacobē an-  
tiquarie, egregiā illoꝝ curā q̄ doctiss. uirosꝝ n̄ ueterū

formica non  
uorat leones

Augustinus.

Gaphuri  
epistola

modo, sed & recentium scripta haud minima impensa, atque labore imprimenta curarunt, non potuimus non laudare, tam benignam eorum operam, pliisque (ut ita dixerim) affectum, non tam quod uigilias tanto- rum uirorum laboresque torpere, per incuriam, atque abditos in tenebris iacere passi non sunt, quod ipsi quoque consulere posteritatis profectui, pro uirili studuerunt, Quorum tam benefica solertia permouit animum nostrum, admonuitque ut eruditio publicae, nos quoque aliquid operae impartiremur, itaque Maphei Vegii contributis nostri lepidissimum opus &c. Ne forte nos uana scripsisse obiectas, Lancini curtij uatis non minus elegantis quam obscuri, epigrama, Franchini diligentiā profitetur.

Iam prodī tenebras uegi perose  
Prodī, nomen habe inter eruditos  
Et proser monumenta, solue uotum;  
Gratam respice ciuium tuorum  
Mentem, uirgilio pie attulisti  
Olim suppetias, tibi philippus,  
Franchinusque uicem pie reponunt;  
Horum fit studio labor perennis. &c.  
Quid memorem cætera. que modo Franchini auspi-  
tio per uiroru ora uolitans, ueriora sunt hec read sa-  
gram gesta. Habes uaginarie quem tuis latratibus,  
irritaueris hominem, (tam & si eos tanti fatuat, quan-  
ti Aranearum casses Regina auium aquila). Dicen-  
di itaque finem, fatiam, fæpe enim (ut iquit cicero) ui-  
di grauius offendere animos auditorum eos, qui alie-

Lancini cur-  
tii carmen.

Veriora re  
ad sagrā ge-  
sta

Cicero

na flagitia aperte dixere, q̄ eos qui commisér: sed cer  
te priusq̄ ad coronidem perueniamus, audi qd, Iaco  
bus Antonius Riccius mediolanen̄ Patritius ac Ga  
phuriū miles, de te sentiat, & an tecum modestius q̄  
par fuit egerim.

Heus tu Spararie: cuius nomē iā pene oēs contremi  
scūt, canes, ne ipsorū scilicet pelles, pro tua, quā, tibi  
phœbus iā pridē detractū iri iussit, cū tot tātisq̄ cōte  
gēdis gladijs nō sufficiat, ad artis tuæ, quæ una ē, ex  
hīs quas uulgas mechanicas solet uocitař, uilissima,  
usum accipias, breui te hoc epistolio, cōmonefacien  
dū existimauī: ne, si huic unī cōdiscipulo nōo, gaphu  
riani nominis assertori, tu, uel complices tui potius,  
respōderint, nīmīum more tuo, rursus iſolicias: nos  
præstantiores Gaphuristas, huius inclyte urbīs pa  
tritios, tot esse, quot Romulus augurio uictor, uul  
tures uidit, qui uno ore, tuas (utī merito es) laudes,  
concelebrare statuimus: Et eas quidem argutius, ac  
diffusius, q̄ hic collega noster i præsentia fecerit: qui  
tecum q̄ par erat, modestius egit: nec complicū tuo  
rum forte nominibus: quandoquidem, ea iamdudū  
nobis, inotescant, nequaq̄ parcere formidabimus, tā  
& si, te, eis ludibrio, magis q̄ nobis, eē, percipiāmus,  
ut pote qui sub tui nominis prætextu, suam una cū  
tua, inſcītiam, ne dicam inſaniam, non cessant ostendere,  
ut ex rabido hoc tuo & apprime contagioso di  
cendi oenere. cur autem dicam ioculario: tanq̄ stoli-

iacobi anto  
niū ricciū epis  
tola

Stageritæ  
philosophi  
dictum.

Palinodiam  
agere.

tamē nestorea, uitam exopto, longiorē, dummodo  
eandem nō tuis absq; fatuitatibus, degant: Sic enim  
Stageritæ philosophant̄ sententiam illam celeber-  
tūm haud frustratum iri, comperiemus, afferentis  
unumquemq; simili facillime semper iherere: tibiq;  
hoc unum significandum fore, duxi, ut tibi saltem a  
Thorace, caueas.

Valeas itaq; omnium mensarum assecula, & una cum  
coniuratis, Palinodiam agas, alioquin, ut dixi, papi-  
lionis temanet, exitium.

BARTHOLOMEI.PHILIPPI-  
NEI GAPHVRIANI NOMI-  
NIS ASSERTORIS, IN.  
IO.VAGINARIVM  
BONONIEN,APO  
LOGIAE.  
FINIS.



EIVSDEM BATHOLOMEI  
PHILIPPINEI IN. IO.  
VAGINARIVM  
BONONIEN.  
CARMEN.



V o feror! aut quonam tactum modo  
Bacche furore  
Me rapis! aut quales cogor adire  
choros!

Non sunt apta meis manibus tuatela;

Corymbos

Ferre pudet: galeas candide Bacche tuas.

Nam qui Marmaricum soliti mactare leonem;

Imbellas damas sollicitare decet!

Parce pater: tamen ecce sequar, quocunq; libebit:

Sed cur tam tristes cernimus esse deas?

Aspice q; sparsis moerentia pectora plangunt

Crinibus: & fatiem, proh dolor, ungue secant.

Heu q; turgiduli lachrymis turbantur ocelli,

Heu heu q; salsis ora rigantur aquis.

Huius causa malii, ni me sententia fallit,

Scurra fuit, gemitus, pendet & inde dolor;

Sed reuocate gradum nimium dilecta sorores

Turba mihi: querulos ponite, quæso, sonos.

Namq; iuet meritas tali pro criminè penas,

Tergaq; uerberibus iam ferienda dabit.

Cordeq; languenti iam timor omnis eat;  
Namq; mihi tribuit phoebus modo robora Dux,  
Vindicit ut tantum nostra thalia scelus.  
Barde sacros latices, & amœna uireta sororum;  
Et cur Castalios infisicis ipse lacus?  
Quid tibi cum musis & doctis scurra latebris?  
Quid pede tabifico polluis omne nemus?  
Anne putas musas & phœbum tanta latere  
Crimina: post habita quæ ratione facis?  
Proh dolor: & nostri pudor indelebilis æui,  
Labe quod istius, nil reor esse, uacet.  
O superi in terris talem succrescere pestem  
Vultis: que populos, mox rapiatq; feras?  
Si mens æqua parum fuerat tibi, carpere saltem  
Debueras sacros abstinuisse viros.  
O fœlix nimium præclara Bononia fœlix,  
Fœlices patres, turba tenella simul,  
Si tua tunc pœni lacerassent membra leones,  
Quum trepidæ matr; paruus alumnus eras:  
Creuisti, & tecum pariter creuere nephandæ  
Tot scelerum speties, quot gerit hybla fauos.  
Vade malis aubus nebulo, patriasq; per artes  
Quare tibi uilem sordide scurra cibum.  
Ecce nitet gemmis aer fulgentior ipsiis,  
Nubilaq; obscurum deseruere polum.  
Frondibus obiectos uultus proferte puellæ  
Castalides, celeres nunc reuocate pedes.  
Dicite Io pean, & iobis, dicate diuæ,

Et tutæ ad líquidi ludite fontis aquas:  
Namq; fuit uestri totiens qui causa pudoris;  
Et totiens uoluít uos temerare deas;  
Morte luít pœnas, nam confidente senatu  
Cœlicolum :pellem dempsit appollo sibi.  
Este alacres igitur.Bacchí nos deserit œstrum,  
Nostraq; mortalís pectora,sensus habet.

EIV S D E M Barth.philip.Gaph. No-  
minis, assertoris. In. Io. V aginarij Bo-  
nonieñ,Cöplices,Endecasyllabō.

 **V**is uos exagitat furor, labores!  
Franchini lacerare:queue erynnis  
Indulsit,maculis uirum probatum  
Virosis modo lædere,& nitenti  
Famæ:per fora:per uias:magistrí  
Nostrí, detrahere, atq; tam cacata  
Scurræ:desidis:approbate scripta,  
Explodunt manibus senes seueri  
Quæ nunc & pedibus:quibusq; labris  
Fiunt sybila,& quibus culinæ  
Terguntur patinæ! Solent mariscis,  
Ex istis fieri, simul syluris  
Et scombris tunicæ, solent per auras  
Emanu iuuenum cacata scripta  
Emitti:recipit latrina odore

Et blattis cibus:& simul racemos  
Rugosos capiunt cacata scripta.  
Quinam uos igitur furor coegit  
In sanum penitus sequi: uoracem,  
Thersitem: insipidum: atque pestilente;  
Lurchonem: pudet, an pudet, sodales  
Uos dici istius improbi, Helluonis,  
Cuius corporis inquinatione  
Nulla pars uacat, & malis uenenis:  
Sed cur hec dubio procul uidemus  
Uos non moribus, oscitatione  
Vestro dissimiles duci sodales:  
Valete improbuli, ergo uos ualete;  
Ossores: uomite en nimis uirentem  
Bilem. Gaphurio decus resurgit  
 Maius: dum maledicitis: parantur  
 Vobis supplitium & dolor misellis:  
 Quos premit, lacerat, simul fatigat  
 Decus Gaphuriij atque honor perennis.  
 Sitnusque requies, domus, cubile,  
 Vobis moenia, fornices negentur,  
 Quos premit, lacerat, simul fatigat,  
 Decus Gaphuriij, atque honor perennis.  
Valete improbuli, ergo uos ualete.

Domni.placent.Carmen;

**R**ansadigi spata spatarius ilia dignus;  
Vel iouis igne nigrum dignus adire iouē:  
Franchinum doctis musis & apolline francū  
Spata hebeti tentat dilacerare sua.  
Ridiculum caput, o, durum, cor, corde bouino  
Crassius; o mira simplicitate uirum.  
Contra. musigenam Franchinum laude tuetur  
Qui merita, & numeris tollit ad astra suis:  
Aethereas simul est conscendere dignus ad arces;  
Et cum Franchino summa tenere sacro.  
Nam dum Franchinum meus hic defendit amicus;  
Ille inimicus agit, iure negante, reum.  
Inuidus: insipiens: temerarius: improbus, audax,  
Ille inquam est: omni hic parte, beatus homo.  
Eiusdem.  
Pone in uaginam (quæso) spatarie spatam,  
Ense quidem (ceu scis) qui necat, ense cadit.]  
Errores  
Charta. iii. in carmine Dionisi Brrippi, ubi in aliquibus codicibus reperitur theritem fatie & nouis cœnis, lege malis loquelis, char. iiiii. obseruandissimus, lege obseruantissimus. char. v. antracinus, lege anthracinus. char. vi. quibus risum er, lege &c. in ea dem ubi pahos, lege paphos. cahr. vii. ubi mausoleū, lege mausolæum, in eadem, sicutienti, lege sicutienti. in ea

Ium, lege asylū. char. ix. ubi homīues, lege homīnes. char. io. ubi semitoniorū chromatico, lege chromaticorum. ī eadem, ubi practica, lege practica. char. xv. ī margine, ubi gescon lege cescon. char. xvi. ī margine, ubi folio, lege folia. Hec omnia aliquē potuerūt curiosis inijs cere scrupulum: minutulos alios errores uel pueri noscent: ut si ce pro oeu. pro .n. & similia comperientur.

Taurinī per Frañ de sylua īmpem  
sis Andreæ Calui tertio R<sup>P</sup>  
Septembris. M.D.XXI.